

A minore quippe usque ad majorem omnes avaritiæ student: a Propheta usque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum. *Jerem. 6. 13.*

Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hereditibus: quia a minimo usque ad maximum omnes avaritiam sequuntur: a Propheta usque ad Sacerdotem cuncti faciunt mendacium. *Ibid. 8. 10.*

Ece comploti meas me super avaritiam tuam, quam fecisti, & super sanguinem, qui effusus est in medio tui. *Exech. 22. 13.*

Vz qui congregat avaritiam malam domui suæ, ut sit in excessu midas ejus, & liberari se putat de manu mali. *Habac. 2. 9.*

Menelaus autem propter eorum, qui in potentia erant, avaritiam, permanebat in potestate, crescens in malitia ad insidias civium. 2. *Marcb. 4. 50. & Cap. 10. 20.*

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi arugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur, &c. *Matth. 6. 19.*

Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam. *Ibid. 26. 15. Joan. 12. 4.*

Tunc videns qui eum tradidit, quod damnatus esset, poenitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum & Senioribus &c. & laqueo se suspendit. *Ibid. 27. 3.*

Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum, & detrimentum animæ suæ faciat. *Matth. 8. 36.*

Dixitque ad illos: Videte & cavete ab omni avaritiâ, quia non in abundantia cujusquam vita ejus est ex his, quæ possidet. *Luc. 12. 15.*

Vir autem quidam nomine Ananias cum Saphira uxore suavendidit agrum, & fraudavit de pretio agri conscia uxore sua: & asserens partem quamdam ad pedes Apostolorum posuit, &c. *Act. 5. 1.*

Petrus ait Simoni Mago: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam domum Dei existimasti pecunia possideri. *Ibid. 8. 20.*

Neque fures, neque avari, neque ebrios, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. 1. *Cor. 6. 10.*

Fornicatio autem & omnis immunditia, aut avaritiâ, nec nominetur in vobis, sicut deceat sanctos. *Ephes. 5. 3.*

Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ est simulacrorum servitus. *Collos. 3. 5.*

Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, &c. 1. *Tim. 6. 9.*

Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non violentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum. *Ad Titum 1. 7.*

Quos oportet redargui, qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. *Ibid. 11.*

Sint mores sine avaritiâ, contenti presentibus: ipse enim dixit: Non te deseram, neque derelinquam. *Hebr. 13. 5. Jos. 1. 5.*

Audendum verbum Dei, vide verbum Dei.

TITULUS LVII

Aversio a Deo Pervertitatem humanam fragitur.

Dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo salutari suo. *Deut. 32. 15.* Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui. *Ibid. 18.*

Quæ est ista transgressio? cur reliquisti Dominum Deum Israel? *Jos. 22. 16.* Absit a nobis hoc scelus, ut recedamus a Domino, & ejus vestigia relinquamus. *Ibid. 29.*

Absit a nobis, ut relinquamus Dominum, & serviamus diis alienis. *Ibid. 24. 16.* Si dimiseritis Dominum, & servieritis diis alienis, converteret se, & affliget vos atque subvertet. *Ibid. 20.*

Clamastis ad me, & erui vos de manu eorum: & tamen reliquistis me, & colistis deos alienos. *Judic. 10. 12.*

Vos reliquistis me (dicit Dominus) & ego reliqui vos in manu Sefac. 2. *Paral. 12. 5.*

Longe a peccatoribus salus. *Psal. 128. 155.*

Et reliquit ducem pubertatis suæ, & pacti Dei sui oblita est. *Prov. 2. 17.*

Longe est Dominus ab impiis. *Ibid. 15. 29.*

Pervertæ enim cogitationes separant a Deo. *Sap. 1. 3.*

Ingratus sensu derelinquit liberantem se. *Ezech. 29. 23.*

Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legem Domini altissimi. *Ibid. 41. 11.*

Deq.

Dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt Sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. *Isa. 1. 4.* Filios enutrii & exaltavi, ipsi autem sperverunt me. *Ibid. 2.*

Iniquitates vestras dividerunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem ejus a vobis, ne exaudiret. *Ibid. 59. 2.* Multiplicatae sunt enim iniquitates nostræ coram te, & peccata nostra responderunt nobis: quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognovimus, peccare & mentiri contra Dominum. Et averi sumus, ne iremus post tergum Dei nostri, ut loqueremur calumniam, & transgressionem: concipimus, & locuti sumus de corde verba mendacii: Et veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et facta est veritas in oblivionem: & qui recessit a malo, præcæ paruit. *Ibid. 12.*

Quid invenerunt patres vestri in me iniquitatis, qui elongaverunt a me, & ambulaverunt post vanitatem, & vani facti sunt? Ubi est Dominus? *Jerem. 2. 5.* Duo enim mala sciet populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ vitæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas quæ continere non valent aquas. *Ibid. 13.* Quid vultis me cum judicio contendere? Omnes dereliquistis me, dicit Dominus. *Ibid. 29.*

Omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes a te, in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum. *Ibid. 17. 13.*

Dereliquisti fontem sapientiæ. *Beruch. 3. 11.*

Peccavimus enim, & inique egimus recedentes a te: & deliquimus in omnibus: & præcepta tua non audivimus, nec observavimus, nec fecimus, sicut præceperas nobis, ut bene nobis esset. *Das. 3. 29.*

Projecit Israel bonum, inimicus persequetur eum. *Osea 8. 3.*

Et abierunt altus in villam suam, alius vero ad negotiationem suam. *Matth. 23. 5.*

Quædam conversæ sunt retro Sathanam. 1. *Tim. 5. 15.*

Melius enim erit illis non cognoscere viam justitiæ, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo. 2. *Pet. 2. 21.*

Habeo adversum te, quod caritatem tuam primam reliquisti. *Apoç. 2. 4.*

Aviditas mulierum. Vide mulierum aviditas.

B

TITULUS LI

Babylonica Captivitas

Predicitur septuaginta annorum.

Disperdamque terram vestram, & stupebunt super ea inimici vestri, cum habitatores illius fuerint. Vos autem dispergam in Gentes, & evaginabo post vos gladium, eritque terra vestra deserta, & civitates vestræ dirutæ. *Levit. 26. 32.*

Testes invoco hodie cælum & terram, cito perituros vos esse de terra, quam transito Jordane possessuri estis: non habitabit in ea longo tempore, sed delebit vos Dominus, atque disperget in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus, ad quas vos ducturus est Dominus. *Deut. 4. 26.*

Ducet te Dominus, & regem, quem constitueris super te, in gentem, quam ignoras tu & patres tui: & servies ibi diis alienis, ligno & lapidi, &c. *Ibid. 28. 36.* Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus, in similitudinem aquilæ volantis cum impetu, cujus linguam intelligere non possis. *Ibid. 49.*

Et ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ sunt in domo tua, & quæ considerant patres tui, usque in diem hanc, in Babylonem: non remanebit quicquam, ait Dominus. 4. *Reg. 20. 17.*

Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam: & nobiles ejus interierunt fame, & multitudo ejus siti exaruit. *Isa. 5. 13.*

Civitates Austri clausæ sunt, & non est, qui aperiat: translata est omnis Juda transmigratione præscâ: *Jerem. 13. 19.* Et disseminavit eos quasi stipulam, quæ vento rapturæ in deserto. *Ibid. 24.*

Dixit Dominus: Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris, vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ. *Ibid. 16. 9.* Vide & cap. 25. 10.

Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo te in pavorem, te & omnes amicos tuos: & corruent gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt: & omnem Judam dabo in manum regis Babylonis: & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio. *Ibid. 20. 4.* Tu autem Phaslar & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captivitatem: & in Babylonem venies, & ibi morieris; ibidem sepelieris tu, & omnes amici tui, quibus prophetasti mendacium. *ib. 6.*

Hæc

Hæc dicit Dominus: Ecce ego do coram vobis viam vite & viam mortis. Qui habitaverit in urbe hac, morietur gladio, & fame, & peste, &c. *Ibid.* 21. 8. Potui enim faciem meam super civitatem hanc in malum, & in bonum, ait Dominus: & in manu regis Babylonis dabitur, & exuret eam igni. *Ibid.* 10.

Propterea hæc dicit Dominus Exercituum: Pro eo, quod non audistis verba mea, ecce ego mittam, & assumam universas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis servum meum: & adducam eos super terram istam, & super habitatores ejus, & super omnes nationes, quæ in circuitu illius sunt: & interficiam eos; & ponam eos in scopulorum, & in sibiham, & in solitudines sempiternas. *Ibid.* 25. 8.

Et erit veritas terra hæc in solitudinem & in suporem: & servient omnes gentes sitientes Babylonis septuaginta annis. *Ezech. cap. 5. 11.*

Denuntiat Propheta totius terre extremam & inevitabilem vastationem proxime imminere propter eorum scelera. *Ezech. 7.*

Excelsus suis factis porradit futuram Jerusalem, & regis Ihus captivitatem, reliquit gladio, & fame, & peste, in Jerusalem consumptis, ostendit etiam vastationem non cassam futuram, nec in longum differendam. *Ibid.* 12.

Propter hoc causâ vestri, Sion quasi ager arabicus, & Jerusalem quasi acervus lapidum erit, & mons templi in excelsa sylvarum. *Mich. 3. 12.*

Dole, & sarge filia Sion quasi parturienti, qui nunc egredieris de civitate, & habitabis in regione, & venies usque ad Babylonem: ibi liberaberis, ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum. *Ibid.* 4. 10.

Quia ecce ego fuscitabo Chaldaeos, gentem amaram & velocem, ambulantes super latitudinem terræ, ut possideat tabernacula non sua. *Habacuc. 1. 6.*

Propter peccata quæ peccastis ante Deum, abducimini in Babylonem captivi, a Nabuchodonosor rege Babyloniorum, &c. *Baruch. 6. 1.*

Babylonica captivitas adimplitur.

Iuxta orientem servit regi Babilonia, deinde vixit pastur lacrimulis, quo mortuo succedit filius Joachin, quem cum thesauris templi ac domus regis, universoque robore habitatorum Jerusalem cum Nabuchodonosor in Babylonem, suscepto in regem illius parvo Mathania eorum vocante Sedechiam. *4. Reg. 24. Item cap. 25.*

Adduxit enim super eos regem Chaldaeorum, & interfecit juvenes eorum: gladius in domo sanctuarii sui: non est miseratus adolescentis & virginis, & senis, nec decrepiti quidem, sed omnes tradidit in manibus ejus, universaque vasa domus Domini, tam majora quam minora, & thesauros templi & regis, & principum transiit in Babylonem. Incendierunt hostes domum Dei, destruxeruntque murum Jerusalem, universas turres combusserunt, & quicquid pretiosum fuerat demoliti sunt. *2. Paral. 36. 17.*

Post hæc autem ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & alligans eum in aëro vinculo perduxit in Babylonem, &c. *3. Esdr. 1. 49.*

Fini captivitatis promittitur & prophatur.

Et recordabor foederis mei quod pepigi cum Jacob, Isaac, & Abraham: terra quoque mea in vos erit. *Levit. 26. 42.*

Ibique servietis diis, qui hominum manu fabricati sunt, ligno & lapidi, qui non vident, nec audiunt, nec comedunt, nec odorantur. Cumque quaesieris ibi Dominum Deum tuum, invenies eum: si tamen toto corde quaesieris, & tota tribulatione anime tue. *Deut. 4. 28.*

Cum reverfus fueris ad eum, & obediens ejus imperiis, sicut ego hodie precipio tibi, eum filius tuus, & in toto corde tuo, & in tota anima tua: reducet Dominus Deus tuus captivitatem tuam, ac miserabitur tui, & rursus congregabit te de cunctis populis, in quos te ante dispersit. *Ibid.* 30. 2.

Exaudi in caelo, & dimitte peccata populi tui Israel, & reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum. *3. Reg. 8. 24.*

Si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis (peccabant enim tibi) & conversi egerint poenitentiam, & obsecraverint nomen tuum, & fuerint deprecati in loco isto, tu exaudies de caelo, & propitiare peccato populi tui Israel, & reduces eos in terram, quam dedisti eis, & patribus eorum, &c. *2. Paral. 6. 24. Ibid. 37. &c. per iterum.*

Prope est ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur. Miserabitur enim Dominus Jacob, & eliget adhuc de Israel, & requiescere eos faciet super humum suam: adjugetur advena ad eos, & adhaerebit domui Jacob. *Isai. 14. 1.*

Consolamini, consolamini popule meus, dicit Deus vester. Loquimini ad cor Jerusalem, & advocate eam: quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. *Ibid.* 40. 1.

Egredimini de Babylone, fugite a Chaldaïs, in voce exultationis annuntiate: alitum facite hoc, & efferte illud usque ad extrema terræ. *Ibid.* 48. 10.

Et cum evulsero eos, convertar, & miserebor eorum: & reducam eos, virum ad hereditatem suam, & virum in terram suam. *Joel. 12. 15.*

Sed, vivit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis, & de universis terris ad quas ejeti eos: & reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum. *Ibid.* 16. 17. *Vide c. 24. 5.*

Cumque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & super terram Chaldaeorum: & ponam illam in solitudines sempiternas. *Ibid.* 25. 12.

Quia hæc dicit Dominus: cum coeperit impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo eos: & visitabo super vos verbum meum bonum, ut reducam vos ad locum istum. *Ezech. 29. 10.* Tu ergo ne timeas, servus meus Jacob, ait Dominus, neque paveas Israel: quia ecce ego salvabo te de terra longinqua, & semen tuum de terra captivitatis eorum: & revertetur Jacob, & quiescet, & cunctis affuet hominis, & non erit quem formidet. *Ibid.* 30. 10.

In fletu venient, & in misericordia reducam eos: & adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea, quia factus sum Israeli pater, & Ephraim primogenitus meus est. *Eccl. Ibid. 31. 9.*

Ecce ego congregabo eos de universis terris, ad quas ejeti eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi: & reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciam confidenter. *Ibid.* 32. 37.

Propterea loquere: Hæc dicit Dominus Deus: Congregabo vos de populis, & adunabo de terris in quibus dispersi estis, daboque vobis humum Israel. Et ingredientur illuc, & auferent omnes ostensiones, cunctaque abominaciones ejus de illa. *Ezech. 11. 17.*

Anno uno regni ejus, ego Daniel intellexi in libræ numerum annorum, & quo factus est sermo Domini ad Jeremiam Prophetam, ut completeretur desolatio Jerusalem septuaginta anni. *Dan. 9. 2.* Scito ergo & animaliter: Ab exitu formæ ut iterum edificaret Jerusalem usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt, & angeli Isaac in Babylone, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, usque ad generationes septem: Post hoc autem educam vos inde cum pace. *Baruch. 6. 2.*

Liberatio adimplitur.

Cyrus completis septuaginta captivitatis Babylonica annis divinitus inspiratus, redditis vasis templi Salomonis 5400. captivitatem Israelitis relaxat concedens templi reedificationem. *1. Esdr. 1.*

Numerus reversionum duce Zorobabel & captivitate Babylonica, in Jerusalem, ac donorum in reedificationem templi oblatum. *Ibid. 2.*

Suscipit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, & predicavit in toto regno suo simul per scripturam, dicens: Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Me constituit regem orbis terrarum Dominus Israel, Dominus excelsus, & significavit mihi edificare domum sibi in Jerusalem, quæ est in Judæa. Si quis est ex genere vestro, Dominus spiritus ascendat eum eo in Jerusalem. *3. Esdr. 2. 2.*

Babylonica captivitas causâ.

Factum est enim, cum peccassent filii Israel Domino Deo suo, qui eduxerat eos de terra Ægypti, de manu Pharaonis regis Ægypti, coluerunt deos alienos. *4. Reg. 17. 7.* Et ambulaverunt juxta ritum gentium, quas consumplerat Dominus in conspectu filiorum Israel, & regum Israel, quia similiter fecerant. *Ibid. v. 8.* Et testificatus est Dominus in Israel & in Juda per manum omnium Prophetarum & videntium, dicens: Revertimini a visis vestris pessimis, & custodite præcepta mea, & ceremonias, juxta omnem legem, quam præcepi patribus vestris, & sicut misi ad vos in manu servorum meorum Prophetarum. *Ibid. v. 13.* Iracundie est Dominus vehementer Israeli & abstulit eos a conspectu suo, & non remansit nisi tribus Juda tantummodo. *Ibid. v. 18.* Sed nec ipse Juda custodivit mandata Domini Dei sui: verum ambulavit in erroribus Israel, quos operatus fuerat, &c. *Ibid. v. 19.*

TITULUS II.

Prophetia contra Babylonem.

Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. *Psal. 136. 8.*

Ingressus & truculenta Babyloniensium vastatio in Medis, prædicatur. *Isa. 13.* Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locum suum: & possidebit eos domus Israel super terram Domini in servos & ancillas: & erunt capientes eos, qui se ceperant, & subjecit exarches suos. *Ibid. 14. 2. Vid. & v. 4.*

Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia deorum ejus contrita sunt in terram, &c. *Ibid. 21. 9.*

Babyloni humilitate ac contritio predicatur, propter ipsius superbiam, arrogantiā, & crudelitatem in
Judeos suos captivos, & quia in multis, auguribus atque incantatoribus spem posuit. *Isai. 47.*

Cumque impletus fuerit septuaginta anni visitabo super regem Babylonis, & super gentem
illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorum, & ponam illam in
solitudines sempiternas. *Jerem. 25. 12. Cap. 51. 8.*

Babylon que in captivitate affixit filios Israël, hinc in suam terram feliciter rediit, penitus vastata
bitur a regibus Assurorum. *Ibid. 50.*

Acute fagittas, implete pharetras: fuscitavit Dominus spiritum regum Medorum: &
contra Babylonem mens ejus est, ut perdat eam, quoniam ultio Domini est, ultio templi
sui. *Ibid. 51. 11.*

Et alius Angelus secutus est dicens: Cecidit, cecidit Babylon illa magna, quæ a vino ira
fornicationis suæ potavit omnes gentes. *Apoc. 14. 8.*

Et facta est civitas magna in tres partes: & civitates gentium ceciderunt: & Babylon magna
venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ ejus. *Ibid. 16. 19.*
Vide cap. 17. & 18.

T I T U L U S I I I.

Babonalia.

Omais quippe caro corruerat viam suam super terram. Propter quod iratus Dominus illuvio
cuncta deluit. *Gen. 6. 12.*

Tenebræ Egyptiæ, quæ per tres dies durarunt: imago sunt tenebrarum & caecitatis, quæ homines la-
borant, tribus diebus antecesserunt. *Exod. 10. 22.*

Sedis populis circa vitulum aureum manducantes & ludentes &c. *Ibid. 52. 6.*

T I T U L U S I V.

Baptismus.

Baptismus a Christo præceptus.

Entes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti:
Matth. 28. 19.

Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit: Qui vero non crediderit, condemnabitur.
Marc. 16. 16.

Amen dico tibi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in
regnum caelorum. *Joan. 3. 5.*

Baptismum docuerunt Apostoli & administrarunt.

Petrus vero ad illos: Pœnitentiam (inquit) agite: & baptizetur unusquisque vestrum in no-
mine Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum Spiritus sancti.
Act. 2. 38. Qui ergo receperunt sermonem ejus, baptizati sunt: & appositæ sunt in die
illa animæ circiter tria millia. *Ibid. 41.*

Cum vero credidissent Philippo evangelizanti de regno Dei, in nomine Jesu Christi bapti-
zabantur viri, ac mulieres. *Ibid. 8. 12.* Et iussit itare currum, & descenderunt uterque in aquam,
Philippus & Eunuchus, & baptizavit eum. *Ibid. 38.*

Et confestim ceciderunt ab oculis ejus tanquam squamæ, & visum recepit, & surgens bapti-
zatus est, &c. *Ibid. 9. 18.*

Nunquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum ac-
ceperunt sicut nos? *Ibid. 10. 47.*

Cum autem baptizata esset (Lydia) & domus ejus, deprecata est, dicens: Si judicatis me
fidelem Domino esse, introite in domum meam, & manete. Et coegit nos. *Ibid. 16. 15. 33.*
Cap. 19. 4.

Et nunc quid moraris? Exurge & baptizare, & ablue peccata tua, invocato nomine ipsius.
Ibid. 22. 16.

An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati
sumus. *Rom. 6. 3.*

Gratias ago Deo, quod neminem vestrum baptizavi nisi Crispum & Cajum. *1. Cor. 1. 14.*
Act. 18. 8.

Baptismus salvus, & est lavacrum regenerationis.

Quod & vos nunc similis formæ salvos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed
conscientiæ bona interrogatio in Deum per resurrectionem Jesu Christi. *1. Petr. 3. 21.*

Non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos
fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde
per Jesum Christum Salvatorem nostrum. *Tit. 3. 5.*

Bapti-

Baptismus tollit omnia peccata.

Masculus, cujus præputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo,
quia pactum meum irritum fecit. *Gen. 17. 14.*

Effundam enim aquas super sitientem, & fluentia super aridam: effundam Spiritum meum
super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. *Isa. 44. 3.*

Et effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris,
& ab universis idolis vestris mundabo vos. *Exech. 36. 25.*

In die illa erit fons patens domui David, & habitantibus Jerusalem, in abluionem pecca-
toris & mensuraturæ. *Zach. 13. 1.*

Fuit Joannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem pec-
catorum. *Marc. 1. 4.*

Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.
Ibid. 16. 16.

Respondit Jesus: Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto:
non potest introire in regnum Dei. *Joan. 3. 5. Ibid. 1. 33.*

Petrus vero ad illos: Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur unusquisque vestrum in no-
mine Jesu Christi in remissionem peccatorum. *Act. 2. 38. c. 8. 12. 38. c. 16. 33. c. 18. 8.*

An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati si-
mus? Confessum enim sumus cum illo per baptismum in mortem; ut quomodo Christus surre-
xit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complurati
facti sumus similitudini mortis ejus: simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia vetus
homo noluit simul crucifixus est, ut destrueretur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato.

Rom. 6. 3. Gal. 3. 27.

Et hæc quidem fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine
Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. *1. Cor. 6. 11.*

Ut illem (Eclesiam) sanctificaret; mundans lavacro aquæ in verbo, ut exhiberet ipse sibi glo-
riofam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit fan-
cta & immaculata. *Eph. 5. 26.*

Et vos cum mortui estis in delictis, & præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo, do-
nans vobis omnia delicta: delens quod adversum nos erat cyrographum decreti, quod erat con-
trarium nobis, &c. *Col. 2. 13.*

Non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fe-
cit, per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde
per Jesum Christum Salvatorem nostrum: ut justificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vi-
tæ æternæ. *ad Tit. 3. 5.*

Accedamus cum vero corde... aspersi corda a conscientia mala, & abluti corpus aqua munda,
&c. *Hebr. 10. 22.* Vide 1. Petr. 3. 21.

Baptismus non est iterandum.

Una Dominus, una Fides, unum Baptisma. *Ephos. 4. 5.*

Impossibile est enim, eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum caeleste,
& participes facti sunt Spiritus sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque
seculi venturi, & prolapsi sunt: rursus renovari ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibi-
ipsis Filium Dei, & offensam habentes. *Hebr. 6. 4.*

Voluntarie enim peccatibus nobis post acceptam noticiam veritatis, jam non relinquitur pro
peccatis hostia, &c. *Ibid. 10. 26.*

Idem declarat ejus figura.

Masculus, cujus præputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo:
quia pactum meum irritum fecit. *Gen. 17. 14.*

Et omnes mare transierunt & omnes in Moysæ baptizati sunt, in nube, & in mari. *1. Cor. 10. 1. 2.*

Baptismus Joannis.

ET baptizabantur ab eo (a Joanne baptista) in Jordane, confitentes peccata sua. *Matth. 3. 6.*
Vide & v. 11.

Baptismus Joannis unde erat, e caelo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicen-
tes: Si dixerimus e caelo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi: &c. *Ibid. 21. 25. Vi-
de Marc. 11. 30.*

Fuit Joannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem pec-
catorum. *Marc. 1. 4. Vid. & v. 8.*

Et venit in omnem regionem Jordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem pec-
catorum. *Luc. 3. 3.* Respondit Joannes... Ego quidem aqua baptizo vos: venit autem fortior
me, cuius non sum dignus solvere corrigiam calcamentorum ejus. *Ibid. 16.*

Et omnis populus judæus, & publicani justificaverunt Deum, baptizati baptismo Joannis.
Ibid. 7. 29.

Et interrogaverunt eum, & dixerunt ei: Quis ergo baptizas, si tu non es Christus,
neque

neque Elias, neque Propheta? Respondit eis Joannes dicens, Ego baptizo in aqua, &c. *Joan. 1. 25.* Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum; hic est qui baptizat in Spiritu sancto. *Ibid. v. 33.*

Erant autem & Joannes baptizans in Ennon juxta Salim: quia aquarum multe erant illic, & veniebant, & baptizabantur. *Ibid. 3. 23.*

Quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto, non post multos hos dies. *Act. 1. 5.*

Dixit autem Paulus: Joannes baptizavit baptismum poenitentiae populum, dicens: In eum, qui venturus esset post ipsum, ut crederet; hoc est in Jesum. *Ibid. 19. 4.*

Baptismus poenitentiae predicatur.

Fuit Joannes in deserto baptizans, & predicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. *Marc. 1. 4. Matth. 3. 1.*

Et venit in omnem regionem Jordanis predicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. *Luc. 3. 3.*

Petrus vero ad illos: Poenitentiam (inquit) agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti. *Act. 2. 38.*

Prædicante Joanne ante faciem adventus ejus, baptismum poenitentiae omni populo Israel. *Ibid. 19. 24.*

Dixit autem Paulus: Joannes baptizavit baptismum poenitentiae populum, dicens: In eum, ut supra. *Ibid. 19. 4. Vide & c. 11. 16. ad Rom. 6. 3. Coloss. 2. 12.*

Baptismus nominis significatur passio.

Rispondens autem Jesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem; quem ego bibiturus sum? Nescitis quid petatis: Potestis bibere calicem quem ego bibo aut baptismum, quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerunt ei: Possimus. *Marc. 10. 38.*

Baptismus autem habeo baptizari, & quomodo coarctor usque dum periciatur. *Luc. 12. 50.*

Baptismus in Spiritu sancto, & igne.

Ego quidem baptizo vos in aqua in poenitentiam, qui autem post me venturus est, &c. ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. *Matth. 3. 11.*

Ego baptizavi vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu sancto. *Marc. 1. 8.*

Respondit Joannes: Ego quidem aqua baptizo vos, &c. ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. *Luc. 3. 16.*

Et ego nesciebam eum, sed qui misit me, baptizare in aqua &c. Hic est qui baptizat in Spiritu sancto. *Joan. 1. 33.*

Quia Joannes baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto. *Act. 1. 5. cap. 2. 4. & cap. 11. 15.*

Baptizandi sunt parvuli. Vide & baptizate integra domus pag. 47.

Makulus, cujus præputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. *Gen. 17. 14.*

Cum que esset in itinere, in diversorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. Tuli illico Sphora acutissimam petram, & circumcidit præputium filii sui, tetigitque pedes ejus, & ait: Sponsus sanguinum tu mihi es: & dimisit eum postquam dixerat: Sponsus sanguinum, ob circumcisionem. *Exod. 4. 24.*

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. *Matth. 11. 28.*

Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in caelis est, ut pereat unus de pusillis istis. *Ibid. 18. 14.*

Tunc oblati sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret: discipuli autem increpabant eos: Jesus vero ait eis: Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum caelorum. *Ibid. 19. 13. Marc. 10. 14. Eadem omnino habetur.*

Afferbant autem ad illum & infantes, ut eos tangeret: quod cum viderent discipuli, increpabant illos. Jesus autem convocans illos dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos: talium est enim regnum Dei. *Luc. 18. 15.*

Amen, amen dico tibi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest, &c. *Joan. 3. 5.*

Vobis enim est repositio, & filiis vestris, & omnibus, qui longe sunt, quoscunque advocaverit Dominus Deus noster. *Act. 2. 39.*

Crispus autem Archidiaconus credidit Domino cum omni domo sua: & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur. *Ibid. 18. 8. Vide & cap. 16. 15. & v. 33.*

Baptizavi autem & Stephanus domum, ceterum nescio si quem aliam baptizaverim. *1. Cor. 1. 16.*

Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. *Ibid. 15. 22.*

Baptizatus

Baptizari, in scripturis aliquando exprimitur per & pro illuminari & renovari.

Impossibile est enim, eos qui semel sunt illuminati, & gustaverunt etiam donum caeleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtuteque facti venturi, & prolapsi sunt: rursum renovari ad poenitentiam, &c. *Hebr. 6. 4.*

Baptizatus est Christus, & descendit super baptismum Spiritus sancti.

Baptizatus autem Jesus, conlectum ascendit de aqua, & ecce aperti sunt caeli: & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. *Matth. 3. 16.*

Et factum est: in diebus illis venit Jesus a Nazareth Galilee: & baptizatus est a Joanne in Jordane, &c. *Marc. 1. 9.*

Factum est autem, cum baptizaretur omnis populus, & Jesus baptizato & orate, apertum est caelum, & descendit Spiritus sanctus, &c. *Luc. 3. 21. Joan. 1. 33.*

In Baptismo descendit Spiritus sanctus.

Supra patet. *Matth. 3. 16. Ego baptizavi vos aqua, ille vero vos baptizabit Spiritu sancto.*

Marc. 1. 8. *Luc. 3. 21. supra.*
Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum; hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. *Joan. 1. 33.*

Baptizat Christus per Discipulos.

Post hac venit Jesus & discipuli ejus in terram Judaeam: & illic demorabatur cum eis & baptizabat. *Ibid. 3. 22.*

Ut ergo cognovit Jesus, quia auferunt Pharisei quod Jesus plures discipulos facit & baptizat, quam Joannes (quamquam Jesus non baptizaret, sed discipuli ejus) reliquit Judaeam, & iterum abiit in Galilaeam. *Ibid. 4. 1.*

Baptizate integra domus.

Baptizavi Stephanus domum. *1. Cor. 1. 16. Cum baptizata esset domus ejus. Act. 16. 15.*

Baptizatus est ipse, & omnis domus ejus continuo. *Ibid. v. 33. Vide etiam c. 18. 8.*

Baptizata accipitur Spiritus sanctum.

Poenitentiam (inquit) agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti. *Act. 2. 38.*

His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Jesu. Et cum inposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. *Ibid. 19. 5.*

Induatur Christus.

Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. *Galar. 3. 27.*

In morte Christi baptizantur.

AN ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus. *Rom. 6. 3.*

In unum Corpus baptizantur.

ET enim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judaei, sive Gentiles, sive servi, sive liberi: & omnes in uno Spiritu potati sumus. *1. Cor. 12. 13. Vos autem estis corpus Christi & membra de membro. Ibid. 27.*

TITULUS V.

Beatitudo seu Beatitudinum, & vita aeterna.

Fulgebant iusti, & tanquam scintillae in arundinetis discurrunt: judicabant nationes, & dominabantur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum. *Isa. cap. 3. v. 7.*

O quam pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius, quam apud Deum nota est & apud homines. *Ibid. 4. 1. Condemnat autem iustus mortuos vivos impios, & juvenes celerius consummata, longam vitam impium. Ibid. 16.*

Et dicit in die illa: Ecce Deus noster iste, expectavimus eum, & salvabit nos: iste Dominus: sustinimus eum, exultabimus, & letabimur in salutari ejus. *Isa. 25. 9.*

Canticum erit vobis sicut nox sanctificatae sollemnitatis, & laetitia cordis, sicut qui pergit cum tuba, ut intret in montem Domini ad Fortem Israel. *Ibid. 30. 29.*

Non esurient neque sitient, & non pereuriet eorum estus & sol, quia miserator eorum reges eos, & ad fontes aquarum potabit eos. *Ibid. 49. 10. Vide cap. 60.*

Tunc laetabitur virgo in choro, juvenes & senes simul: & convertent salutum eorum in gaudium, & consolabor eos, & laetificabo a dolore suo. *Jerem. 31. 13.*

Tu autem vale ad praehitum, & requiesces: & stabis in forte tua in finem dierum. *Dan. 12. 13.*

Tunc iusti fulgebant sicut sol in regno Patris eorum. *Matth. 13. 43. Dan. 12. 3.*

Amen dico vobis: quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in

mari rubro, cum sequeretur eos Pharaon cum exercitu multo: & nunc clamemus in celum, & miseretur nostri Dominus &c. *Mach. 4. 8.*

Judas Machabeus invocato Dei auxilio, post aliquot victrios, Nicanorem, qui certam sibi de Judæis pollicebatur victoriam, suos primum ad constantiam exhortatus, postquam, interfectis de eius exercitu, una cum Timotheo & Bacchide plusquam 20000. ita ut Nicanon solus effugians, predicaret Judæis Deum habere protectorem. 2. Mach. 8.

Deus pugnat pro suis.

ET ait Moyses ad populum: (Pharaone Israelens persequente) Nolite timere: scate, & vide-
te magna Domini, que facturus est hodie: Ægypto cunctis videntibus, quos nunc videtis, & ne-
tequamquam vultis usque in tempus. Dominus pugnavit pro vobis, & vos tacebitis.
Exod. 14. 13.

Bellum contra Amalech, contra Amalecitas, & contra Madianitas, contra præceptum Dei, Exod. 17. Item Num. 14. Item Josue 6. Item 7. & 8. & 10. Vide & alibi, præcipue in libris Machabeorum.

Nolite metere, nec timeatis eos: Dominus Deus, qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnavit, sicut fecit in Ægypto cunctis videntibus. Et in solitudine (ipse vidisti) portavit te Dominus Deus tuus, ut tolet homo gestare parvulum suum in omni via per quam ambulasti, donec veniretis ad locum istum. *Deut. 1. 30.*

Ne timeas eos, (loquitur de Ogree *Balan*) Dominus enim Deus vester pugnavit pro vobis.

Ibid. 3. 22.

Dixit autem David ad Philistæum: Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israel, quibus reprobrasti hodie: & dabit te Dominus in manu mea, & percussam te, & auferam caput tuum a te, &c. *1. Reg. 17. 43.*

Attendite omnis Juda, & qui habitatis Jerusalem, & tu rex Josaphat: Hæc dicit Dominus Deus: Nolite timere, nec paveatis hanc multitudinem (loquitur de Ammonitis, Moabit ac Syriis contra Josaphat ingressibus) non est enim vestra pugna, sed Dei, &c. *2. Paral. 20. 15.*

Qui docet manus meas ad prælium, & posuit ut arcum æreum brachia mea. *Psal. 17. 35.*

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. *Item 143. 1.*

Si revertimini, & quiescatis, salvi eritis: in silentio & in spe erit fortitudo vestra: & non lausis: & ditatis: Nequaquam, sed ad equos fugiemus. *Ips. 30. 15.*

Bellandum armis quoque Spiritualibus.

Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. *Rom. 13. 12.*

Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Dei ad destructionem munitio-
num, consilia deserventes & omnem altitudinem extollemes se adversus scientiam Dei, & in
captivitate redigentes omnem intellectum, &c. *2. Cor. 10. 4.*

Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias Diaboli: quoniam non est
nobis collectatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes & potestates adver-
sus mundi Reges tenebrarum harum, contra Spiritualia nequitiæ in caelestibus: propterea
accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare, &c.
Eph. 6. 11.

Bellum fit cum consilio & sapientia.

Si quando accesseris ad expugnandam civitatem, offeres ei primum pacem. *Deut. 20. 10.*

Quando obfideris civitatem multo tempore, & munitioibus circumdederis, ut expugnes
eam, non succides arbores de quibus vesci potest, nec securibus debes per circuitum vastare
regionem, quoniam lignum est, & non homo, nec potest bellantium contra te augere nume-
rum. *Ibid. 19. 19.*

Gubernaculis tractanda sunt bella. *Prov. 20. 18.*

Vir sapiens fortis est, & vir doctus robustus, & validus: quia cum dispositione intur bel-
lum: & erit salus ubi multa consilia sunt. *Item 24. 5.*

Hanc quoque sub sole vidi sapientiam, & præbavi maximam, *Eccles. 9. 13.*

Civitas parva, & pauci in ea viri. Venit contra eam Rex magnus, & vallavit eam, ex-
truxitque munitiones per gym, & perfecta est obfidio. *Item v. 14.*

Inventusque est in ea vir pauper & sapiens, & liberavit urbem per sapientiam suam, &
nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Et dicebam ego, meliorem esse sapien-
tiam fortitudine. *Item v. 15.*

Melior est sapientia, quam arma bellica, *Ibid. v. 18.*

Meminem concitatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendiis vestris.

Luce. 3. 14.

Bellum utiliter viratur.

Quando egressus fueris adversus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala.

Dent. 23. 9.

Varius enim eventus est belli: nunc hunc, & nunc illum consumit gladius. *2. Reg. 11. 25.*

Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius. *Eccli. 8. 1.*

Abstine te a lite, & minus peccata. *Ibid. 28. 10.*

Esto confitens adversario tuo cito, dum es in via cum eo. *Math. 5. 25. Luc. 12. 58.*

Bellum quibus de vobis susceperint alii fideles.

Quod cum audisset Abraham captum videlicet Loth fratrem suum, numeravit expeditos ver-
naculos suos, trecentos decem & octo, & perfectus est usque Dan, &c. *Gen. 14. 14.*

Ob hoc scelus (scilicet uxoris Levitici viri rapta & mortua) pugnavit reliqua tribus adversus
Benjamin, semel atque iterum bello inferioris, acriter committentes iussa Domini prælium, tribus illam
præter sexcentos, qui in solitudinem fugerant, penitus ultraverunt. *Judic. 20.*

Quinque reges oppugnantes Gabon: immoto sole unius diei spatio vincuntur, & ex spelunca extracti
substantur, plurisque alia civitates: capiuntur. *Josue 10.*

Absente David, Amalecitas Siceleg invaderant abstrata præda, Quos David persequens occidit recepta
præda, quam singulis sociis ex aqua dirisist, etiam illi, qui ad sarcinas lassè remanserant. *1. Reg. 30.*

T I T U L U S V I I I.

Benedictio.

Benedictio Dei in infero.

Creavit Deus hominem ad imaginem suam... benedixitque illis. *Gen. 1. 27.*

Benedixitque Deus Noe & filiis ejus. *Ibid. 9. 1.*

Dixit Deus ad Abraham: Egredere de terra tua... & benedicam tibi. *Ibid. 12. 1.*

Benedicam ei (Sara); & ex illa dabo tibi filium, cui benedicetur sum. *Ibid. 17. 16. Vide & v. 20.*

Per memet ipsum juravi, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo
unigenito propter me, benedicam tibi. *Ibid. 22. 16.*

Apparuit Isaac Dominus, & ait illi: Benedicam tibi: tibi enim & femini tuo dabo universas
regiones hæc. *Ibid. 26. 3.*

Et benedicentur in femine tuo omnes gentes terræ, eo quod obdierit Abraham voci meæ:
& custodierit præcepta & mandata mea, & ceremonias legeque servaverit. *Ibid. 26. 4.*

Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, propter servum meum Abraham. *1. c. v. 14.*

Invocabuntque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. *Nom. 6. 27.*

Benedixit Dominus Job in novissimis magis, quam in principis. *Job. 42. 10.*

Quoniam tu benedixisti Jobo. *Psal. 7. 13.*

Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam... Hic accipiet
benedictionem a Domino. *Ibid. 23. 4.*

Benedictio Domini super caput iusti: os autem impiorum aperit iniquitas. *Prov. 10. 6.*

Qui vigilaverint ad illum, inventient benedictionem. *Eccli. 32. 18.*

Ajensurus in calum Salvator, eduxit discipulos suos in Bethaniam, Et elevatis manibus suis be-
nedixit eis. *Luce. 24. 50.*

Justus in finali benedicitur iustitia.

Habitacula autem iustorum benedicentur. *Prov. 3. 33.*

Benedictio Dei in mercedem iusti festinat. *Eccli. 11. 24.*

Benedictio illius quasi fluvius inundavit. *Ibid. 39. 27.*

Tunc dicit Rex his, qui a dextris ejus erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete pa-
ratum vobis regnum a constitutione mundi. *Math. 25. 34.*

Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fidei Abraham. *Galat. 3. 9.*

Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedi-
ctione spirituali in caelestibus in Christo. *Eph. 1. 3.*

Benedicere debet homo Deum.

Benedictus Deus excelsus quo protegente hostes in manibus suis sunt. *Genes. 14. 20.*

Qui sponte obtulisti de Israel animas vestras ad periculum, benedicite Domino. *Jud. 5. 2.*

Benedictus Dominus Deus hodie, qui dedit David filium sapientissimum. *3. Reg. 5. 7. Vide
3. Reg. 8. 15.*

Benedictus Dominus Deus Israel ab aeterno usque in aeternum, & dicat omnis populus:
Amen. *2. Paralip. 16. 36. Vide & 1. Esdr. 7. 27. 2. Esdr. 8. 6. c. 9. 5. Tob. 3. 13. c. 8. 7. c.
13. 6. Judith. 13. 24. Psalm. 17. 47. Dan. 7. 20.*

Et nunc in omni corde, & ore collaudate & benedicite nomen Domini. *Eccli. 39. 47.*

Benedic anima mea Domino, & omnia que intra me sunt nomini sancto ejus. Benedic ani-
ma mea Domino, & noli oblivisci omnes tributiones ejus. *Psal. 103. 1.*

Zacharias repletus Spiritu sancto prophetauit, dicens: Benedicite Dominus Deus Israel, &c. *Luce.
2. 27. Vide & Luce. 2. 28. c. 24. 53. 2. Corinth. 13. 30. 1. Petr. 1. 3.*

Benedicite Deum cæli, & coram omnibus viventibus confitemini illi, quia fecit nobiscum misericordiam suam, *Tobias 12. 6.*
 Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. *Job. 1. 21.*
 Benedicta gloria Domini de loco suo. *Ezech. 3. 12.*

Omnino tempore benedic Deum. *Tobias 4. 20.*
 Benedicentes Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. *Psal. 33. 2.*
 Benedicentes Dominum, exaltate illum, quantum potestis: major enim est omni laude. Exaltantes eam replebimini virtute. Quis videbit eum & enarrabit? & quis magnificabit eum, sicut est ab initio? *Ecclesi. 43. 33.*

Benedictio, qua homo homini benedicit.
 Benedictus est Abrahama Deo excelso, qui creavit caelum & terram, &c. *Gen. 14. 19.*

Jacob matris consilio benedicitur; loco Esau benedictionem accepit: ad cujus odium fugiendum monetur a matre, ut in Zaram ad Laban concidat. Ibid. 27.

Cumque (Esau) ejaculato magno heret, motus Isaac, dixit ad eum: In pinguedine terræ, & in rore cæli desuper erit benedictio tua. *Eodem c. v. 39.*

Deus autem omnipotens benedicit tibi, & crescere te faciat, atque multiplicet, ut sis in turbas populorum: & det tibi benedictiones Abrahamæ & femini tuo post te: ut possideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus est avo tuo: *Ibid. 28. 3.* Vocavit itaque Isaac Jacob, & benedixit eum, &c. *Ibid. v. 1.*

Post hæc introduxit Joseph patrem suum ad regem... qui benedicens illi, &c. *Ibid. 47. 7.*
 Benedictus Jacob filio suo Joseph, & postea etiam filius ejus, &c. ait: Deus in cujus conspectu ambulaverunt patres mei... benedicit pueris istis... Manasse & Ephraim. Postea etiam benedixit eis singulis benedictionibus propriis. *Ibid. c. 48. 15. & c. 49. 1.*

Oves vestras & armenta assumite, ut petieratis (ait Pharaon Moysi & Aaron) & abeuntes benedicite mihi. *Exod. 12. 32.*

Quæ postquam Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis. *Ibid. 39. 43.*

Et extendens (Aaron) manum ad populum, benedixit ei: sique completis hostiis pro peccato & holocaustis & pacificis, descendit. *Levit. 9. 22.*

Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere Aaron & filiis ejus: sic benedicetis filiis Israel & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus & custodiat te: ostendat Dominus faciem suam tibi, & miseretur tui: convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. *Num. 6. 23.*

Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. *Ibid. 23. 20.*
 Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus. *Num. 24. 9.*

Balaam tertio benedixit, & prospera vaticinatur de Israel & de Christo. Item de Amalecitis, Canaanis, & Romanis. *Ibid. 24.*

Et tempore separavit tribum Levi, ut portaret Arcam fœderis Domini, & staret coram eo in ministerio, ac benediceret in nomine illius usque in presentem diem. *Deut. 10. 8.*

Non pernoctabit apud te pignus (passeris) sed statim reddes ei antelolis occisum, ut dormiens in vestimento suo, benedicat tibi. *Ibid. 24. 12.*

Benedixit Moyses mortuis duodecim tribubus Israel. *Ibid. c. 33.*

Et primum quidem benedixit populo Israel: post hæc legit omnia verba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ scripta erant in legis volumine. *Josue 8. 33.*

Cui Caleb. Quid habes, inquit? At illa (illius filia Axa) respondit: Da mihi benedictionem: terram australem & arentem dedisti mihi, junge & irrigua. *Ibid. 15. 18.*

Benedixitque eis Josue, & dimisit eos, scilicet Rubinias & Gaditas, & dimissum tribum Manasse. *Ibid. 22. 6.*

Benedicta inter mulieres Jabel uxor Haber Ginzai, & benedicitur in tabernaculo suo. *Judic. 5. 24.*

Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias a Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cujus confusisti alas. *Ruth. 2. 12.*

Noemi videns Ruth nurum suam a Boaz fuisse honoratam, dixit: Benedictus sit Domino, quoniam eandem gratiam, quam praeberat vivis, servavit & mortuis. *Eodem c. v. 20.*

Benedicta, inquit, es a Domino filia, & priorum misericordiam posteriore superasti. *Ibid. 2. 10.*

Et benedixit Heli Melcanæ & uxori ejus, dixitque ei: Reddat tibi Dominus semen de muliere hac pro senore, quod commodasti Domino. *1. Reg. 2. 20. Vide & Josue 14. 13.*

Narratum est David, quod viri Jabes Galaad sepelissent Sam, dixitque ad eos: Benedicti vos

vos a Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul, & sepelivistis eum. *2. Reg. 2. 5. Vide & 2. Reg. 14. 22. 3. Reg. c. 1. 47.*

Cumque complectet (David) offerens holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum. *2. Reg. 6. 18.*

Convertitque Rex (Salomon) faciem suam, & benedixit omni ecclesie Israel, &c. *3. Reg. 8. 14. Vide & 1. Paral. 6. 3.*

Cum complectet David, offerens holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine Domini. *1. Paral. 16. 2.*

Raguel cum lacrimis osculatus est Tobiam, & plorans supra collum ejus, dixit: Benedictio sit tibi, fili mi, quia boni & optimi viri filius es. *Tob. 7. 6. Vide & c. 9. v. 8.*

Et apprehendens (Raguel) dexteram filie suæ, dextræ Tobie tradidit, dicens: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob vobiscum sit, & ipse conjungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis. *Eodem c. v. 15.*

Porro Oxiæ Princeps populi Israel, dixit ad eam (Judith): Benedicta es tu, filia, a Domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super terram. *Judith. 13. 23.*

Quæ cum exisset (Judith) ad illum (Holofernum), benedixit eam omnes una voce dicens: Tu gloria Jerusalem, ut læticia Israel, &c. *Ibid. 15. 10. 1. Mach. 2. 69.*

Et non dixerunt, qui præteribant: Benedictio Domini super vos: benediximus vobis in nomine Domini. *Psal. 128. 8. Ibid. 117.*

Benedictio patris firmat domos filiorum. *Ecclesi. 3. 11.*

Sic virgo Maria ob fidei munditiam, benedicta dicitur ad Angelo. *Luce. 1. 28.* Exclamavit voce magna (Elisabeth) & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. *Ibid. c. 42.* Et beata quæ credidisti, quoniam perierunt ea, quæ dicta sunt tibi a Domino. *Ibid. 45.*

Benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem ejus, &c. *Ibid. 2. 34.*
 Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. *Ibid. 6. 28.*
 Benedicite persequentibus vos; benedicite, & nolite maledicere. *Rom. 12. 14.*

Benedictio qua creatura consecratur, & sanctificatur.

Faciteque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. *Exod. 28. 2.*

Et pones tiam in capite ejus, & laminam sanctam super tiam, & oleum unctionis fundes super caput ejus: atque hoc ritu consecrabitur. *Judic. 29. 6.* Sanctificabitque & pectusculum consecratur, & armum quem de arietate separasti. *Ibid. 29.*

Pontifex, id est sacerdos maximus inter fratres suos, super cujus caput fufum est unctionis oleum, & cujus manus in sacerdotio consecrate sunt, vestitusque est sanctis vestibus, &c. *Levit. 21. 10.*

Omne, quod Domino consecratur, sive homo fuerit, sive animal, sive ager, non vendetur, nec redimi poterit: quidquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino. *Ibid. 27. 28.*

Adhæmetque aquam sanctam in vase fictili, & paucillum terræ de pavimento tabernaculi mittet in eam. *Num. 5. 17.*

Urbanem autem, & omnia quæ erant in ea succenderunt, absque auro & argento, & vasis æneis, ac ferro, quæ in ararium Domini consecrarentur. *Josue 6. 24.*

Consecravit & voti hoc argentum Domino, ut de manu mea suscipiat filius meus, & faciat sculpsile atque constabile, & nunc trado illud tibi. *Judic. 17. 3.*

Sed & omnia vasa aurea & argentea, & gena consecravit David rex Domino, cum argento & auro quod tulerat ex universis gentibus, tam de Idumæa & Moab, & filiis Amon, quam de Philistim & Amalec. *1. Paral. 18. 11.*

Et sacra vasa Domini quæ Nabuchodonosor rex Babylonis, & tulit, & consecravit in templo suo in Babylonia. *3. Esdr. 1. 41.*

Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. *4. Tim. 4. 4.*

Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candela, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur Sancta, &c. Hinc consecratio sacerdotum, vestium, altarium, templorum, ceterum, aquaustralis, &c. *Hebr. 9. 2.*

TITULUS IX.

Bestia.

Bestia & bruta animalia non sunt crudeliter trahenda.

Dixitque Jacob: Nosti Domine mi, quod parvulos habeam teneros, & oves & boves factas mecum: quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges. *Gen. 33. 13.*

Sex diebus operaberis: septimo die cessabis, ut requiescat bos & asinus tuus: & refrigere-
tur filius ancillæ tuæ & advena. *Exod. 23. 12. Item Deut. 5. 14.*
Qui iratus vehementius cædebat fuisse latera (*asina eius*) aperuitque Dominus os asinæ, &
locuta est: quid feci tibi? cur percussis me, ecce, jam tertio, &c. *Num. 22. 27.*
Non ligabis os bovis recantis in area fruges tuas. *Deut. 25. 4.*
Novit justus jumentorum suorum animas: vilicera autem impiorum crudelia. *Prov. 12. 10.*
Pecora tibi sunt? attende illis, & si sunt utilia tibi, perseverent apud te. *Ecclesi. 7. 24.*

Fructus boni corum.

Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. Non enim habebis iugiter potestatem. *Prov. 27. 23.*
Agni (*sive*) ad vestimentum tuum, & hædi ad agri pretium: Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ, & ad victum ancillis tuis. *Ibid. v. 26.*

T I T U L U S X

Blasphemia.

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum (*quanto minus ad blasphemandum.*)
Exod. 20. 7.

Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes, qui audierunt, manus suas super caput
ejus, & lapidet eum populus universus. *Levit. 24. 14.*

Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur. *Ibid. v. 16.*
Si peccaverit vir in virum, placati ei potest Deus: si autem in Dominum peccaverit vir,
quis orabit pro eo? *1. Reg. 2. 25.*

Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius qui
natus est tibi, morte morietur. *2. Reg. 12. 14.*

Quia dixerunt Syri, Deus montium est Dominus, & non est Deus vallium, dabo omnem
multitudinem hanc grandem in manu tua. *2. Reg. 20. 28.*

Blasphemia Rashais Assyrii. Et prohibuit quidem Execchias, ne populus imperitiosus responderet illis blasphemis. *4. Reg. 18. 29.*

Minimus displicuit Deo blasphemio, quæ dixerunt servi Sennacherib; unde percussit Angelus Domini
centum octoginta millia de exercitu ejus. *Ibid. cap. 19. Vide & Isaia 36. 4. &c. Vide & 2. Machab. 10. 35.*

Cui exprobrasti & quem blasphemasti? contra quem exaltasti vocem tuam, & elevasti in
excelsum oculos tuos? contra Sanctum Israel. *Ibid. 19. 22.*

Factum est igitur in nocte illa, venit Angelus Domini & percussit in castris Assyriorum
centum octoginta quique millia. *Ibid. v. 35.*

Indignatus Holofernes, eo quod Achior potentiam Dei calli commendaverat, dixit ad eum: Quoniam
prophetaffi nobis, dicens: quod gens Israel defendatur a Deo suo: ut ostendam tibi quom-
niam non est Deus, nisi Nabuchodonosor: cum percussis eos omnes, sicut hominem unum.

Judit. 6. 1.

Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitatis linguam blasphemantium: contemnabit te
os tuum, & non ego. *Job 15. 5.*

Ne definas ab homine iniquitatis: quia addit super peccata sua blasphemiam. *Ibid. 34. 36.*

Opprobria exprobrantium tibi (*pater*) ceciderunt super me. *Psal. 68. 10.*

Quousque iruitis in hominem? (*Christum*) blasphemando. *Ibid. 61. 4.*

Super dolorem vulnerum meorum addiderunt. *Ibid. 68. 27.*

Vir multum jurans implebitur iniquitate, & non discedet a domo illius plaga. *Ecclesi. 23. 12.*

Omnia enim que loquitur populus iste, conjuratio est (*ut videtur.*) *Salm. 8. 12.*

Et jugiter tota die nomen meum blasphematur. *Ibid. 32. 5.*

Facta est mihi hereditas mea quasi leo in sylva: dedit contra me vocem,ideo odivi eam.
Jerem. 12. 8.

Omnes maledicunt mihi, dicit Dominus. *Jerem. 15. 10.*

Numquid reddidit pro bono (*incarnationis & passionis*) malum? *Ibid. 18. 20.*

Et infurrexerit super me ore vestro, & derogastis adversum me verba vestra. *Ezech. 35. 13.*

Quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, judicabitur: & omnis jurans ex hoc similiter judi-
cabitur. *Zach. 5. 3.*

Si affiget homo Deum, quia vos confregistis me? *Malach. 3. 8.*

Ideo dico vobis, Omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus: spiritus autem
blasphemie non remittetur: Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis remittetur
ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, ne-
que in futuro. *Matth. 12. 31.*

Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata & blasphemie, qui-
bus

bus blasphemaverint: Qui autem blasphemaverit in Spiritum Sanctum, non habebit remissio-
nem in æternum. *Matth. 12. 31.*

Et omnis, qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur illi: Es autem qui in Spiritum
Sanctum blasphemaverit, non remittetur. *Luc. 12. 10.*

Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes: *Rom. 2. 24.*

Ideo notum vobis facio: quod nemo in Spiritu Dei loquens: dicit anathema Jesu.
1. Cor. 12. 3.

Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem
sermone de ore vestro. *Colos. 3. 8.*

Rursum crucigentes sibi in pectus Filium Dei, & ostentui habentes. *Heb. 6. 6.*

Sic autem sermo vester: ER, est: Non, non: (*non per Dominum aut alia membra sua*) *Facob. 5. 12. Matth. 5. 34.*

Cum Michael Archangelus cum diabolo disputans altercicaretur de Moyfi corpore, non est
ausus judicium inferre Blasphemie, sed dixit: Imperet tibi Dominus. *Juda. 1. 9.*

Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen ejus, & tabernaculum
ejus, & eos, qui in celo habitant. *Apoc. 13. 6.*

Et blasphemaverunt Deum cali præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt peniten-
tiam: ex operibus suis. *Ibid. 16. 11. Vide & v. 9. & 21.*

T I T U L U S XI

Bona opera.

Bona opera pietasque vera in Deum commendantur. Vide etiam infra Opera.

Si ergo erudieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de
cunctis populis. *Exod. 19. 5.*

Custodiasque mandata Domini & ceremonias ejus, quas ego hodie præcipio tibi, ut bene
sit tibi. *Deut. 10. 13. Exod. 23. 25. Deut. 5. v. 6. & 11. & 16.*

Facere misericordiam & iudicium, magis placet Domino quam victimam. *Prov. 21. 3.*

Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis: quod si nolueritis & me ad iracun-
diam provocaveritis, gladius devorabit vos, &c. *Isa. 1. 19. Psal. 49. 14.*

Qui in præceptis meis ambulaverit, & iudicia mea custodierit, ut faciat veritatem, hic jus-
tus est: vita vivet, ait Dominus, &c. *Ezech. 18. 9. Jos. 23. 5.*

Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat a te, utique facere ju-
diciam & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo: *Mich. 6. 8.*

Hæc ait Dominus exercitum: iudicium vero iudicate, & misericordiam & misericordias fa-
cite uniusquisque cum fratre suo. *Zach. 7. 9.*

Dæ Altissimo secundum datum ejus, & in bono oculo adventionem facio manuum tuarum:
quoniam Dominus retribuens est, & septies tantum reddet tibi. *Ecclesi. 37. 12.*

Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem
vestrum, &c. *Matth. 5. 16.*

Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum celorum: sed qui facit
voluntatem Patris mei, qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. *Ibid. 7. 21.*

Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata. *Ibid. 19. 17.* Et omnis, qui reliquerit do-
mum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros,
propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. *v. 29. & Matth. 7. 24.*

Conventio autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. . . .
Et dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod justum fuerit, dabo vobis. *Ibid. 20. 2.*

Item. Voca operarios, & redde illis mercedem.

Quid autem vocatis me Domine, Domine, & non facitis, quæ dico; *Luc. 6. 46. Vide & Matth. 7. 24.*

Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. *Joan. 12. 26.*

Qui habet mandata mea, & servat ea: ille est, qui me diligit. *Ibid. 14. 21.*

Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis, &c. *Joan. 15. 14.*

Reddet Deus uniusquisque secundum opera sua. *Rom. 2. 6.* Non enim auditors legis iusti sunt
apud Deum, sed factores legis justificantur. *Ibid. v. 13.* Gloria autem, & honor, & opæ
omni operanti bonum. *Ibid. v. 10.*

Ergo dum tempus habemus, operemur bonum. Venit enim nox, quando nemo poterit ope-
rari. *Gal. 6. 10. Joan. 9. 4.*

Ut ambulatis digne, Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & cre-
scentes in scientia Dei. *Colos. 1. 10.*

Non enim iniustus Deus, ut obliviscatur operis vestri; laboris scilicet ex caritate suscepti.
Gal. 6. 6.

Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habere? Numquid poterit fides salvare eum? *fides enim per se si non habet opera, mortua est. Quomodo enim corpus sine anima mortuum est. Jacob. 2. 14. Vis autem scire, o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est? Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Ibid. v. 20.*

Qua propter fratres, magis fatagite, ut per bona opera, certam vestram vocationem & electionem faciatis. *2. Pet. 1. 10.*

Qui dicit se nosse eum (*Deum scilicet per fidem*) & mandata ejus non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est. *1. Joan. 2. 4.*

Qui autem servat verbum ejus, vere in hoc caritas Dei perfecta est. *Ibid. 2. 5.*

Opera enim illorum sequuntur illos. *Apo. 14. 13.*

Et iudicati sunt mortui ex his, quae scripta erant in libris, secundum opera ipsorum. *Ibid. 20. 12.*

bonis operibus ex caritate factis debetur meritorium.

Ego merces tua magna nimis, dicit Dominus Abrahami fideli. *Genes. 15. 1.*
Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam: & secundum munditiam manuum mearum reddet mihi. Quia custodivi vias Domini, & non egi impie a Deo meo. *2. Reg. 22. 27.*
De tribus iustis reperitur, quod non rata delectur, quia in eis sunt inventa bona opera. 2. Paral. 12. 11.
Iram quidem Domini merebaris, (*sic Jobi propheta*) sed bona opera inventa sunt in te. *Ibid. 19. 2. & 3.*

Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus. *Psal. 17. 21.*

Et tibi Dominus misericordia: quia tu reddes unicuique juxta opera sua. *Ibid. 61. 13.*

Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas -- propter retributionem. *Ibid. 119. 112.*

Juxta opera manuum suarum retribuetur ei. *Prov. 12. 14.*

Iusti in perpetuum viventes, & apud Dominum est merces eorum. *Sap. 5. 16.*

Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus: scientes quod a Domino recipietis retributionem (*quae est meritorium dari solet*) hereditatem. *Col. 3. 23.*

Omnis misericordia facit locum unicuique secundum meritum operum suorum. *Ecl. 16. 17.*

Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. *Matth. 5. 12.*

Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi in propatulo. *Ibid. 6. 6.*

Quicumque potum dederit -- calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam. *Ibid. 10. 42.*

Qui parve seminat, parce & metet. *2. Cor. 9. 6.*

Ostendit Christus quod in extremo iudicio iudicaturus sit secundum opera misericordiae: & his qui opera misericordiae fecerunt, daturus est vitam aeternam. *Matth. 25.*

Diligens Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus visceribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut te ipsum. *In his enim duobus praecipis tota lex pendet. Propheta. Luc. 10. 78.*

Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei: & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. *Joan. 5. 28.*

Mandatum novum do vobis: ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem. In hoc cognoscet omnes, quia discipuli mei estis. *Ibid. 13. 34. 35.*

Ego elegi vos de mundo, ut & pacis & fructum afferatis, & fructus vestri maneat. *Ibidem 15. 26.*

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. *Rom. 8. 28.*

Nemini quicquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem implevit. *Ibid. 13. 8.*

Si linguis hominum loquar, & Angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum sicut aes sonans, aut cymbalum stipicium. Et si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest. *1. Cor. 13. 1.*

Stabiles estote & immobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino. *Ibidem 15. 58.*

Omnem enim hos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum sive malum. *2. Cor. 5. 10.*

Quae enim seminaverit homo, haec & metet: quoniam qui seminat in carne sua, de carne

carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, metet vitam aeternam. *Gal. 6. 8.*

Unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, sive servus sit, sive liber. *Eph. 6. 8.*

Nemo coronatur, nisi qui legitime certaverit. *2. Tim. 2. 5.*

Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die, &c. *Ibid. 4. 7.*

Beneficentiae autem & communionis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. *Hebr. 13. 16.*

Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua. *Apo. 22. 12.*

Benefac iusto, & invenies retributionem inquam, & si non ab ipso, certe a Domino. *Ecl. 12. 2.*

TITULUS XII.

Devotas & benivolentiae Dei erga suos.

Dixitque Dominus ad eum: (*Abraham*) Si invenero Sodomis quinquaginta iustos in medio civitatis, dimittam omni loco propter eos, &c. *Gen. 18. 26.*

Consolatur Dominus Israelitas per Moysen terra Chanaan promissionem. *Ex. Exod. 6.*

Et percussit grandis in omni terra Aegypti cuncta, quae fuerunt in agris, ab homine usque ad iumentum: cunctamque herbam agri percussit grandis, & omne lignum regionis confregit. Tantum in terra Gessen ubi erant filii Israel, grandis non cecidit. *Ibid. 9. 25.*

Apud omnes autem filios Israel non mutiet canis ab homine usque ad pecus: ut scitatis quantum miraculo dividat Dominus Aegyptios & Israel. *Ibid. 11. 7.*

Et faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me, & custodiunt praecepta mea. *Ibid. 20. 6.*

Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum. *Ibid. 33. 11.*

Quo transiente (*scilicet Moysen*) coram eo (*Domino scilicet*) ait: Dominator Domine Deus, misericors, & clemens, &c. *Ibid. 34. 6.*

Tolle virga, & congrega populum, tu & Aaron frater tuus: & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cum eduxeris aquam de petra, bibat omnis multitudo & jumenta ejus. *Nom. 20. 8.*

Cumque quaesieris ibi Dominum Deum tuum, invenies eum: si tamen toto corde quaesieris, & tota tribulatione animae tuae. *Deus. 4. 29.*

Et faciens misericordiam in multa millia diligentibus me, & custodiens praecepta mea. *Ibid. 5. 10.*

Et scies, quia Dominus Deus tuus ipse est Deus fortis, & fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se, & his, qui custodiunt praecepta ejus in mille generationes: & reddens odientibus se statim, ita ut disperdat eos, & ultra non differat, protinus eis restituens, quod merentur. *Ibid. 7. 9.*

Reconferat varia Dei beneficia, multaque bona promittantur servantibus eius praecepta, mala autem non servantibus: hoc est, benedictio, & maledictio. *Ibid. 11.*

Facit (*Dominus*) iudicium pupillo & viduae, amat peregrinum, & dat ei victum atque vestitum: & vos ergo amate peregrinos, quia & ipsi fuistis advena in terra Aegypti. *Ibid. 10. 18.*

Multiplex promittitur servantibus legem benedictio, & transgredientibus maledictio. *Ibid. 28.*

Vera poenitentia Deum placat: praecipuum nobis datum non longe a nobis separatur: propositum bonum & malum, ut utro bonum eligentes vivamus, & non peccemus malo adhaerentes. *Ibid. 30.*

Invenit eum in terra deserta, in loco horrores & vastae solitudinis: circumdixit eum, & docuit: & custodivit quasi pupillam oculi sui. *Ibid. 32. 10.*

Cumque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum ejus. *2. Reg. 7. 12.*

Et Dixit David ad Nathan: Peccavi Domino. Dixitque Nathan ad David: Dominus quoque transiit peccatum tuum: non morieris. *Ibid. 12. 13.*

Omnes moriuntur, & quasi aquae dilabimur in terram, quae non revertuntur: non vult Deus perire animam, sed retractat, cogitans ne penitus pereat qui abiecit est. *Ibid. 14. 14.*

Domine Deus Israel, non est similis tui Deus in caelo desuper, & super terram deorsum: qui custodis pactum & misericordiam servis tuis, qui ambulat coram te in toto corde tuo. *3. Reg. 8. 23.*

Ex praecipio Domini corvi deserbant panem & carnes Elia: & postea Angelus Domini panem & aquam eidem ostendit. *Ibid. 17. & 19. & Vide simile de Daniele cap. eiusdem 14.*

Revertere, & dic Ezechiae duci populi mei: Haec dicit Dominus Deus David patris tui:

tui: Audiui orationem tuam, & vidi lacrimas tuas, & ecce sanavi te: die tertio ascendes templum Domini. 4. Reg. 20. 5.

Dominus hunc propitius habuit cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum. 2. Paralip. 30. 17. de & v. 9.

Et invenisti cor ejus fidele coram te: & percussisti cum eo scelus, ut dares ei terram Chananzai, Hethai, & Amorrhai, & Pherozai, & Jebusai, & Gergelai, & dares semini ejus: & implesti verba tua, quoniam justus es. 2. Esdr. 9. 8.

Sed miseris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum: propter penitentiam. Sap. 11. 24.

Quis enim permansit in mandatis ejus, & derelictus est? aut quis invocavit eum, & despectum illum? Ezech. 2. 12. & cap. 19. misericordia Dei ostenditur.

Dixi: confitebor adversum me injustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Psal. 31. 5.

Justitia tua sicut montes Dei: judicia tua abyssus multa. Homines & jumenta salvabis Domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus. Ibid. 35. 7.

Junior fui, etenim senui: & non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem. Ibid. 36. 25.

Quoniam tu Domine suaviss, & mitis, & multæ misericordiæ omnibus invocantibus te. Ibid. 85. 5. & Psal. 102. per totum, & 135.

Miserator, & misericors Dominus: patiens, & multum misericors. Ibid. 144. 8.

Propterea expectat Dominus, ut miseratur vestri: & ideo exaltabitur parcas vobis, quia Deus judicii Dominus: beati omnes, qui expectant eum. Isa. 30. 18.

Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Ibid. 74. 7.

Derelinquit impius, viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miserabitur ejus, & ad Deum nostrum: quoniam multus est ad ignoscendum. Ibid. 55. 7.

Et cum evulsero eos, convertar, & miseror eorum: & reducam eos, virum ad hereditatem suam, & virum in terram suam. Jerem. 12. 15.

Si penitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum adversum eam: agam & ego penitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei. Ibid. 18. 8.

Ergo cum averterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit judicium, & justitiam: ipse animam suam vivificabit. Ezech. 18. 27. Item: verbatim 33. 14.

Exaudivit Dominus vocem Susanna, & quia per impudicos suos presbyteros lapsisse fuerat condemnata, per continentem parvum fuit iusto iudicio liberata. Dan. 13.

Ee scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & convertimini ad Dominum Deum nostrum, quia benignus, & misericors est, patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. Joel. 2. 13.

Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Matth. 11. 28.

Ee misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum. Luc. 1. 50.

Estote misericordes, sicut & pater vester caelestis misericors est. Ibid. 6. 36.

Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Ibid. 23. 43.

Benedictus Deus, & pater Domini nostri Jesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. 2. Cor. 1. 3.

Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos. Ephes. 2. 4.

TITULUS XIII.

Boni latentes inter malos.

Quamvis scriptum sit: Omnis caro corruperat viam suam: tamen Dominus dixit ad Nos: Te vidi justum coram me in generatione hac. Gen. 7. 1.

Levi justus habitavit in medio Sodomorum. Ibid. c. 13. v. 12.

Joseph in Aegypto castum & fidelem vitam duxit. Ibid. c. 39.

Samuel inter filios Heli pessimus, sanctus & innocens fuit. 1. Reg. 2.

Sub delab & Jexabil Elias omnes, se solo excepto, reprobabat idololatrias: sed dixit ei per responsum Dominus: Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal. 3. Reg. 19. 18. Vnde de hoc etiam Romanor. c. 11. 3. 4.

Totius solus inter plurimos illos Probus & Pius. Tob. 1. 5.

Mardochæus erat visus, nisi quasi omnes adorabant Aman superbissimum, ipse vero Mardochæus genua non flebat. Esther 3. & 5. c.

Sandus Job genitilis fuit, & de Esau dicitur descendisse, quem tamen constas fide & moribus mirabiliter claruisse: Qui de se ipso dicebat: Prater sui draconum, & socius struthionum. Job 3. & 30. v. 29.

Dixit

Dixit Dominus Ezechiel: Tu ergo filii hominis, ne timeas eos, neque sermones eorum metus: quoniam increduli & subversores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Ezech. 2. 6. Vide etiam caput.

Daniel & socii ejus habitaverunt cum Chaldei idololatri, qui eos ad idololatriam inducere, & a cultu veri Dei retrahere quidam laboraverunt, sed tamen boni perseverant. Dan. c. 6. & 14.

Susanna fuit castissima in Babilone, ubi sensu præsertim erat impudici, & iudicis iugum. Ibid. cap. 13.

Videbatur tempore Antiochi Epiphani, quod Judai essent ferme omnes ad ritum Gentilium translati, sed ingenti sunt Mathathias, & filii ejus Eleazar, & multi alii, qui in lege Dei valde stabiles fuerunt & firmi. In Libris Machabæorum. Vide præcipue Machab. c. 3.

Commendans Dominus fidem & devotionem Cætionis de Capharnaum, dixit: Non inveni tantam fidem in Israel. Matth. 8. 10.

Joseph ab Arimathea oculus erat Discipulus Jesu: deponit tamen metu Audacter introivit ad Pilatum, & petiit Corpus Jesu. Marc. 15. 42. Matth. 27. 57. Luc. 23. 50. Joan. 19. 38.

Nicodemus princeps Judæorum venit ad Jesum nocte, & plane confitetur: Rabbi: scimus, quia a Deo venisti magister. Joan. 3. 2.

Vir autem quidam erat in Casarea, nomine Cornelius (inter alios improbus) religiosus, & timens Deum cum omni domo sua, faciens elemosinas multas plebi & deprecans Deum semper. Act. 10. 1.

Honorum oppressio. Vide Oppressio honorum.

Honorum Societas. Vide Societas honorum.

C

TITULUS I.

Cæcitas.

Cæcitas tum corporalis, tum spiritualis.

ET eos, qui fors erant, percusserunt cæcitate, a minimo usque ad maximum, ita ut ostium invenire non possent. Gen. 19. 11.

Percutiat te Dominus amentia, & cæcitate ac furore mentis, & palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Deut. 28. 28.

Hostes vero descenderunt ad eum: porro Eliseus oravit ad Dominum dicens: Percute obsecro gentem hanc cæcitate: percussitque eos Dominus, ne viderent, juxta verbum Elisei. 4. Reg. 6. 18.

Vide nisi Tobias casu cæcus factus. Tob. 2. 11.

Obfucarent oculi eorum, ne videant: & dorsum eorum semper incurva. Psal. 68. 24.

Dominus solvit compeditos, Dominus illuminat cæcos. Ibid. 145. 8.

Excaecor populi hujus, & aures ejus aggrava, & oculos ejus claude: ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & convertatur, & sanem eum. Isa. 6. 10. Psal. & Matth. 13. 14. Marc. 4. 12. Luc. 8. 10. Joan. 12. 40. Act. 28. 26. Rom. 11. 8. & 10.

Et audient in die illa fudi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt. Isa. 29. 18.

Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, &c. Ibid. 35. 5. Matth. 11. 5.

Ut aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusionis vinculum, de domo carceris sedentes in tenebris. Isa. 42. 7. Et ducam cæcos in viam, quam nesciunt, & in semitis quas ignoraverunt, ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucem, & prava in recta: Hac verba feci eis, & non dereliqui eos. Ibid. 46. Surdi audire, & cæci inveniri ad videndum. Ibid. 18.

Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: surdum, & aures ei sunt. Ibid. 45. 8.

Speculatores ejus cæci omnes, nescierunt universi: canes multi non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes somnia. Ibid. 55. 10.

Palpavimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectavimus: impigimus meridie quasi in tenebris: in caliginosis, quasi mortui. Ibid. 59. 10.

Hæc cogitaverunt, & erraverunt: excaecavit enim illos malitia eorum. Sap. 2. 21.

Sinite illos: Cæci sunt & duces cæcorum: cæcus autem si cæco ducatur prælet, ambo in foveam cadunt. Matth. 18. 14.

Oculos habentes non videtis? & aures habentes, non auditis? Marc. 8. 18.

Prædicare captivis remissionem, & cæcis viam, dimittere contractos in remissionem, prædicare annua Domini acceptum, & diem retributionis. Luc. 4. 19. Joan. 9. 1.

Et